



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si persona vel natura personam vel naturam assumpsit, & si natura Dei sit  
incarnata. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo sp. in carnē, & ossa cōversus est. Non utique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget sp. S. dominicę incarnationis auctorem.

*Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum.*

*Rom. 1. a.  
Ga. 4. a. a.  
Glossa ordi.  
ad illud Roman. primo  
Qui factus.*

*Glossa ordi.  
ad eundem  
locum.*

*De modo  
veniendi di-  
uinam &  
humanam  
naturam in  
Christo.*

Sed quæri potest cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apost. eum factum dicat ex semine David: alio loco, factum ex muliere? cum aliud fit fieri, aliud nasci? aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro domini in utero virginis, & corp<sup>o</sup> effecta, sed effecta & virtute sp. sancti: ideo Apost. dicit factum, nō natum: Aliud est enim semine admixto, & sanguine coagulato generare: Aliud est nō per mixtionem, sed virtute procreare. possunt enim homines generare filios, sed nō parere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & nō natum: ne eius sc. natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostrę similis putaretur, quæ conficitur seminum commixtione. Ideo autem cum sanctum diceret Apost. addidit ex semine David: quia etsi non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamē quia ex ea carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, rectē dicitur quia factus est.

**SI PERSONA VEL NATURA PERSONA  
nam vel naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit.**

### DISTINCT. V.

**P**Ræterea inquiri oportet, cum ex præmissis cōstet verbum Dei carnem, & animā simul assumpsisse in unitatem personę. quid horum potius cōcedendum sit scilicet, quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura



natura personam assumpserit. Et an ita conueniat dici diuinam naturam esse incarnatam, sicut Deus incarnatus & verbum incarnatum sanè dicitur. Hęc inquisitio siue querendi ratio, iuxta sacrarum auctoritatũ testimonia partim implicita atque perplexa, partim vero explicita est & aperta. Certum est enim & sine ambiguitate verũ, q̄ non naturam personam, nec personam personam, sed personam naturam assumpsit: q̄ sanctorũ subditis cõprobatũ testimonio, & astitur documentis. Ait enim Augustin. in lib. de fide ad Petrum, Deus vnigenitus dum cõdiceretur, veritatem carnis accepit ex virgine: & cum nasceretur, integritatem virginis seruauit in matre, & paulo post. Sic Deus humanam naturam in vnitatem personæ suscepit, quod se humilians per misericordiam incorruptæ virginis, vterum ex ea nasciturus impleuit. Formam ergo serui, i. naturam serui, in suam accepit ille Deus personam. Item Deus verbum non accepit personam hominis sed naturam. Itẽ Dei filius vnigenitus, vt carnẽ hominis animamq̄ mundaret, susceptione carnis animæque rationalis incarnatus est. His alijsq̄ plurib. auctoritatib. euidenter ostenditur, nõ naturam personam, nec personam personam, sed personam naturam recepisse. De quarto vero quæstionis articulo, verũ sc. natura naturam assumpserit, scrupulosa etiã inter doctos quæstio est. Quia & in hoc plurimum dissentire videntur, qui auctoritate præclari alijsq̄ doctiores in sacra pagina extiterunt: nec tantum alii ab alijs, verum etiam iidem à seipsis dissonare videntur, sicut subiecta capitula doceant. Legitur enim in concilio Toletano. 8. traditũ sic, Solũ verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Et cum tota Trin. operata sit formationẽ suscepti hominis, quoniã inseparabilia sunt opera Trin. solus tamẽ fili. accepit hominẽ in singularitatẽ personæ, non in vnitatem diuinæ naturæ, i. quod est

*Aug. cap. 2.  
post mediũ.  
ibid c. 2.  
paulo inferius.*

*Philip. 2.  
in medio ca.  
17. eiusdem  
li. de fide ad  
Petrum.*

*In concilio  
Toletano 6.  
cap. 1. post  
mediũ.  
tom. 2. e r.  
ciliorum.*



*Ad finem  
prafationis  
concilii To-  
let. 11. To. 2.  
conciliorum.*

*Ad Phi. 1. a.*

*Cap. 2. ante  
medium ca.  
Ioannis 1. a.*

*Id est, lib. 1.  
Sententiarū  
distin. 5.*

*Li. de tri. 1.  
cap. 1. ante  
medium.  
Cap. 7. ante  
medium.*

proprium filii, non quod cōmune est Trin. Idem in concilio. 11. Toletano. Vnius substantiæ credim<sup>9</sup> Deum patrē & filium, & sp. S. nō tamen dicim<sup>9</sup> vt huius Trinitatis vnitatem Maria virgo genuerit, sed tantū filium, qui solus naturam nostram in vnitatem personæ suæ assumpsit: Incarnationem quoq; huius filii Dei tota Trin. operata esse credenda est. Solus tamen filius formā serui accepit in singularitatem personæ. His insinuari videtur, quod persona tantum naturam, non naturam assumpserit. Si. n. q̄ commune est. Trin. nō accepit hominē: ergo non natura diuina, quæ cōmunis est tribus personis. Cui videtur obuiare quod Au. ait in li. de fide ad Petrū, Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris: secundū illud. In principio erat verbum: nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod Verbum caro factū est. Illa. n. natura quæ semper genita manet ex patre naturam nostram sine peccato suscepit, vt nasceretur ex virgine. Hac authoritate videtur tradi, q̄ diuina natura humanā suscepit. Vbi vehemēter moueri possum<sup>9</sup>, quod eam genitā æternaliter ex patre dicit, nisi forte natura pro persona hic accipiatur: alioquin si dixerimus naturā trib<sup>9</sup> psonis cōmunē genitam esse, occurrunt nobis ex aduerso quæ in tractatu de Trinitate differuimus. vbi dixim<sup>9</sup> non naturam, sed personā personā genuisse. Quia si natura genuisset naturā, cū vna eadēq; sit natura Trin. eadē res seipsā genuisset. Quod Au. fieri posse negat. Sed alibi certū reperimus documētum, q̄ natura naturam assumpsisse mōstratur. Ait n. Aug. in. 1. li. de Trin. Etiam seipso Christus factus est minor, formam serui accipiēs. Neque. n. sic accepit formam serui, vt amitteret formā Dei, in qua erat equalis patri: vt in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit vnigenitus filius patris: q̄ forma Dei accepit formam serui. Si

autem



autem forma Dei formam serui accepit, sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, vt Augustinus euidenter docet in libro de fide ad Petrum. Cum inquit, de Christo audis quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere firmissimeq; tenere, in illo formæ nomine naturalē plenitudinē debere intelligi. In forma Dei ergo erat, quia in natura Dei patris semper erat, de qua natus erat. Hilarius quoque in 12. li. de tri. ita ait. Esse in forma Dei non alia intelligentia est, quā in Dei manere natura. Didicisti nomine formæ intelligentiam fieri naturæ, at audisti quod forma Dei formā serui suscepit. Vnde consequens est, quod natura diuina naturam humanā suscepit. Quod etiam Hier. explanatione fidei euidenter insinuat, inquiens. Passus est filius Dei, non putatiuē, sed vere: secundū illud, Passus est quod pati poterat, i. nō secundum illā substantiam quæ assumpsit, sed secundū illam quæ assumpta est. Ex quo apparet diuinam substantiam assumpsisse humanam. Ex verbis autē Augustin. superius positris, adhibita diligentia innui videtur solum verbum carnē factum, & naturam solum suscepisse humanam: & diuinam naturam, eandē accepisse. Ait. n. Trin. nos sibi reconciliauit per hocq; solum verbum carnē ipsa Trin. fecit. In q̄ sic veritas incōmutabilis manet diuinę humanęq; naturæ, vt sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet, ita semper & incōmutabilis eius sit humanitas, quā sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce & solum verbū dixit carnē factū & humanitatē diuinitati vnitā. Idē quoq; superi⁹ dixit seruilē formam à solo filio susceptā, quā tota Trin. fecit. Iam facile est agnoscere, quā diuersa & multiplicia super quæst. proposita auctores tradiderunt. Ideoq; posteriores ea legentes, varias atq; cōtrarias, ex prædictis occasionem sumētes, promunt sententias.



*Quid de hoc tenendum sit.*

Nos autem omnis mendacii, & cōtradictionis notamā sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis patrib⁹ atq; catholicis doctoribus nulla prauę intelligentiæ suspicione notatis, consentimus dicentes, & personam filii assumptisse naturā humanam & naturam diuinam humanæ naturæ in filio vnitam, eamq; sibi vnisse vel assumptisse Vnde & vere incarnata dicitur. Quod vero dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc nō excluditur diuina natura ab acceptance seruilis formæ: sed aliæ duæ personæ, pater scil. & spir. S. Item & illud aliud, scil. Id quod est proprium filii, non quod commune est Trinitati, hominē accepit, sic oportet intelligi, i. proprie in hypostasi filii non in trib⁹ communiter personis, diuina natura humanam naturam sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Ioannis Damascen. confirmatur, qui totam diuinam naturam in vnam hypostasim incarnatam esse euidenter asserit dicēs, In humanatione Dei verbi aim⁹ omnē, & perfectam naturam deitatis in vna ei⁹ hypostaseon incarnatam esse, i. vnitam humanæ naturæ, & non partem parti. Omni enim humanæ naturæ aimus esse vnitam omnem deitatis naturam vel substantiam. Item, Eadē est natura in singula hypostaseon, i. personarū, & quando dicim⁹ naturā verbi incarnatam esse, secundū beatos, scil. secundū Athanasium, & Cyrillum, deitatem dicimus esse vnitam carni, & vnam naturam Dei verbi incarnatam confitemur. Verbum autem & quod commune est substantiæ possidet, & quod proprietatis est habēs hypostaseos, i. personæ. Et ex his manifeste ostenditur, quod natura diuina incarnata est. Vnde & eadem vere dicitur suscepisse humanam naturam.

*An diuina natura debeat dici caro facta.*

Sed quæritur, vtrū eadē diuina natura debeat dici

*Dam. in li.  
de ortho. fi-  
de. 3. c. 6. ad  
medium.*

*Dam. Li. 6.  
c. eisdem pau-  
lo inferius.*